Haec vero praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Walawski Łęckiemu Roborat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Ca- 1060
pitanealibus Praemysliensibus. Gnosus Valerianus Walawski sanus mente et
Corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque
suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Ca-
strensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc atti-
nent se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando, atque subjiciendo, palam libere, publice
per expressum recognovit. Quia ipse se ac suos successores nec
Super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarijs quibusvis
habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus, Scriptum cer-
tum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Gnosi Sta-
nislai Łęcki, ratione certarum rerum et Conditionum in eodem
scripto manuali contentarum, de actu et data illius, hic Praemysliae
die hodierna in actu contenta, hoc est die vigesima sexta Mar-
tij, anno praesenti Confectum Conscriptum, manu sui Recogno-
scentis propria subscriptum in omnibus et singulis eiusdem scripti
manualis, Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, vadijs, Liga-
mentis, ac nexibus in universum omnibus eidem Gnoso Stanislao
Łęcki ipsiusque posteris firmiter tenere, complere, exequi ac in-
violabiliter observare, omnibusque et singulis eiusdem scripti ma-
nualis contentis, tam in toto quam in quavis minima parte
toties quoties opus fuerit satisfacere. Scriptum praefatum ma-
nuale ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptio-
nem praesentem Roboratoriam, ad praedictum scriptum manuale
Vicissim in toto referendo. Idque sub Vadio summae Quingentorum
florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius
Successores supramemorato Gnoso Stanislao Łęcki vel eius po-
steris ob non Complementum Contentorum, scripti praefati manualis

omnium

omnium et singulorum, tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbet. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succumbit, ac pro re aliqua praemissorum ex contentis scripti eiusdem manualis non complenti Complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Gnosus Valerianus Walawski sive eius Successores, Ad Instantiam praefati Gnosi Stanislai Lechi vel eius posterorum, Ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex tunc recepta superinscripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iure parere, respondere Vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne Iudicatum sati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem sic inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Casusque eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad exercitum vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem ultra proximos Officij praefati Castren Capitaneal Premisliensis Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac ceteras prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus, vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello Conventionesque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Haec sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Honesti Dobrzanscy Coniuges Gnosis Rosteckim Coniugibus Venduunt.